



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Dominica prima post pe[n]thecosten. Jntroitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

scere: et in potentia maiestatis adorare unitate: quos: ut eiusdem fidei firmitate ab oibus semper muniamur aduersis. **Ps.**

Ensa ad corinth. 3. capit. 18.

Ratres: Gaudete perfecti estote: exhortamini: idem sapite: paces habete: et deus pacis erit vobiscum. Gratia domini nostri iesu christi et charitas dei: et comunicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis amen. **Gradu.** Benedictus es domine qui intueris abyssos: et sedes super cherubin. **V.** Benedictus es domine in firmamento caeli: et laudabilis in secula. **R.** Alleluia. **V.** Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula.

Secundum iohannem. xv. capitulo

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Cum venerit paraclytus: quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis: qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Nec locutus sum vobis ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non noverunt patrem

neque me. Sed hec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum reminiscamini: quia ego dixi vobis. **Offertor.** Benedictus sit deus pater unigenitusque dei filius: sanctus quoque spiritus: qui fecit nobiscum misericordiam suam.

Sanctifica deo. **Secreta.** **S**mine deus noster: per tui nominis invocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. **Per dominum nram.**

Oratio. Eterne deus. Qui cum unigenito. **so. iob. C. 10.** **Oratio.** **B**enedicimus deum caeli: et coram omnibus viventibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Postcoena.**

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus noster huius sacramenti susceptio: et sempiternae sancte trinitatis: eiusdemque individue unitatis confessio. **Per.**

Dominica prima post penthecosten. Introitus.

Omnine in tua misericordia speravi: exultavit cor meum in salutari tuo: cantabo domino quod bona tribuit mihi. **Ps.** Usquequo domine oblivisceris me in fine usquequo auertis faciem tuam

a me. **V.** **Oratio.** **D**eus in te sperantium for

titudo: adesto propitius inuocatiōibus nostris: quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: presta auxiliū gratiæ tue: ut in exequēdis mādatiis tuis: et uolūtate tibi et actiōe placeam.

Ver. Ep̄la b̄ti ioh̄nis ap̄t̄. j.

Charissimi: De / cap. iij.

Quis charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filiū suū unigenitum misit deus in mundū: ut uiuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus deū: sed quoniam ipse prior dilexit nos: et misit filiū suū propitiatiōem pro peccatis nostris. Charissimi si sic deus dilexit nos: et nos debemus inuicem diligere. Deū nemo uidit unquā. Si diligamur inuicem: deus in nobis manet: et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimur quoniam in eo manemus: et ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus et testificamur: quoniam pater misit filiū suū saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit: quoniam iesus est filius dei: deus in eo manet: et ipse in deo. Et nos cognouimus et credidimus charitati: quā habet deus in nobis. Deus charitas est. Et qui manet in charitate: in deo manet: et deus

in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est: et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit deum: diligat et fratrem suum. **Gradu.** Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam: quoniam peccaui tibi. **Ps.** Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus. **Alia.** Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum. **Scdm lucam. vi. cap. 10.** In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater uester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare: et non condemnabimini. Dimittite: et dimittentur. Date: et dabit vobis. Ad esuriam bonam

et cōfertāz coagitatāz: et superfluetem dabūt in sinū vestrū. Eadez q̄ppe mēsurā qua mē si fueritis: remetiet vob. Dicebat aut̄ illis et similitudinem. Nunquid potest cecus cecū ducere? Nōne ambo in foueam cadūt? Nō est discipulus super magistrū. Perfectus autē ois erit: si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: trabem autē que in oculo tuo est nō p̄sideras? Aut quomō poteris dicere fratri tuo: frater: sine eijciā festucā de oculo tuo: ipse trabem in oculo tuo non vides: Hypocrita: eijce primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies: vt educas festucā de oculo fratris tui. **Offert.** Intē de voci oratiōis mee rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo dñe

Hostias n̄ras **Secreta.** dñe tibi dicatas q̄sumus placatus assume: et ad perpetuum nobis tribue peruenire subsidium. **Per. Lōtio.** Narrabo omnia mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini

tuo altissime. **Postcōdio.** Antis dñe repleti muneribus presta quesumus: vt et solitaria dona capiamus: et a tua nunquā laude cessemus. **Per dominū nostrum iesuz xp̄m.**

In festo gloriofissimi corporis christi. Introitus.



Quibauit eos ex adipe frumēti alfar: et de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. **Ps.** Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. **R.**

Gloria patri. **Oratio.** Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus: ita nos corporis et sanguinis tui sacramenta venerari: vt redempti. onis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. **Qui vi. Ep̄la**

Rad corinth. j. cap. ij. **Ratres:** Ego enim accepi a dño qd̄ et tradidi vobis: quoniam dñs iesus in qua nocte tradebatur: accepit panē